

Ámde hogyan? kérded? Már én kifundáltam. Hanem majd csak jövő levelemben írom meg; mert már a sok írásban nem csak szemem, de kezem is kifáradt; azonban — meg ne ijedj — még egyik sem nyomorék.

Öllelek szívémből

leghívebb híved
Fábián Gábor.

XXII.

Arad, Sept. 24. 876.

Szerelmes Albertem!

E hó 22-ről kelt leveled ma reggel érkezett kezemhez. Nagy megütközéssel értem belőle, hogy kritikámat, mellyet én 16-án indítottam postán hozzád recommandirozva hármas pecsét alatt, még nem kaptad. Már reclamáltam miatta az aradi postahivatalnál s mire e soraim venni fogtad, meglehet már az is nálad lesz.

Elkedvetlenedve olvastam Tőled azt is, hogy a derék Szabó Jóska felhívását az aradi útra ismét elgraekáztad — és már hányadikszor?! Ennyi szijmegrágás után többé ebbeli ígéretedre nem mervén számolni; nehogy a miatt Szabó Jóska még mindig teljesíteni óhajtott látogatásától is végképp elesnem kellessen: ezennel Téged a látogatástól egészen felmentlek, hagyd Őt tenni, mit e részben szíve sugall. Hagyd tenni, dacára annak, hogy már előbb, a küszöbön álló kellemetlen őrszi s téli idők tekintetéből, ajálkozása dacára, Őt is ez utazás alól felmenttettem volt. Miután azonban october 20-káig, mint irod, jöhet s kedve is van jőni, ezt kimondhatlan örömmel fogadom s ugyan e postával évégett irok is Neki. Arról az örömről pedig, hogy Téged, olly sollicitus Oeconomust még én ez életben lássalak, fájdalommal, de philosophusi resignatioval leteszek s megelégszem, hacsak a távolból ugy szeretsz, mint én Téged mind végig

leghívebb feled
Fábián Gábor.

RÉVAI MIKLÓS LEVELEI PAINTNER MIHÁLYHOZ.

— Kilenczedik közlemény. —

76.

Nicolaus Michaeli Svo Salutem.

Immortale est meritum tuum de me, et de Patria. Ego tibi de eo gratias, quas possum, ago; atque vna opto ex animo, vt Patria tantas reddat, quantis prae mille aliis dignus es. Si antea scuissem plenioris encomii materiam apud Bisztrizeium seruari; eam certe expetiissem. Nunc temporis angustia constrictus ea vti non potui. Sed opportuna occasione alia praeuertam. Oratorem tuum, vtinamque voluntatem tuam exequor ipse te adhuc viuente. Viuus legas, ad quae mortuus fastidiose surdus es futurus. Fruere innocente hac voluptate, qua optimus quisque honeste ducitur. Quae addenda iudicasti, iam addita sunt, censuramque subiuerunt felicissime, ne literula quidem mutata.

Trattnerum meum, verbi dati, et accepti tenacem, mire mihi conciliasti tua prompta beneficentia. Maturauit opus solito feruentius, vt futuris nundinis iam *diuendi* possit. Tanto alacrior spondet operam ad editionem etiam continuandam, ne adhaeream.

Amo te, et disuauior: quod forti sis animo, temporumque, et hominum iniquitatem noris contemnere, recte factorum conscientia abunde ornatus, abunde diues. Nos praemiis digna agamus, et leni risu audiamus orbem meliorem merito indignantem fucis immerentibus; quos coecus fauor praereptis beneficiis, sobriae virtuti debitis, tam praepostere nutrit, saginat, attollit, ad Patriae dedecus, Ecclesiae ludibrium. Nos comes sequetur pulchri nominis immortalitas; dum illi, vt recte moues, sepe- lientur penitus cum cineribus suis.

Stephanus Sándor, amicus meus, scripsit aliquid, sed obiter, de Viennensium Amalistarum maledicentia. Contemsi; quod tum putarim hoc virus, quod exertum est, esse de tumido Batsányii pectore; qui mihi infensissimus iam dudum est, et me Poëtam omnino nullum furiose clamat. Nunc quia tu numerum indicasti, legi ipse apud Schedium. Obstupui initio sed postea solatium accepi non mediocre: quod aequi, et periti Iudices, non possint non contemnere hominem obiectissimum; qui in tota ea recensione nihil prodat aliud, nisi perpetuam maledicendi rabiem, apertum mei nominis odium imis praecordiis haustum, cum insigni stultitia, et crassa eorum ignora ratione, in quibus arbiter esse affectat. Negat mihi Poësim. Expectabam inuentionis, dispositionis vitia. Ecce autem in errore poëtico exultat puer leuculus, insulte vero, cum sua infamia. Non legit in Juuenali: Et phthísís, ēt vōmícae pūtrēs, ēt dimídium erūs. Non in Martiali: Cūm tībī sīt Sōphīāe pār fāma, ēt cūrā Dēōrūm. Inepta sunt, et alia. Illud vero obscoenum etiam, et deprauati animi clarum indicium: quo *pubem* malitioso alio detorquet. Porcorum somnia glandes. Essent tamen isti pueri compescendi, ne impune grassentur in Viros meritissimos. Sed mihi modo non vacat. Ingens est apud me omnis momentuli pretium. Omne mihi tempus auare constringit mors aperte imminens. Hoc Patriae consecro. Si huic vtcunque satisfecero, et reliquum mihi cesserit tempus aliquid mortis benignior tardatio: non inultus morior. Habeo et alios impetitores, quibus respondebo voce vltima. Nunc omnem illam faecem Viennensem nosce laboro. Audio, quosdam esse de ipso adeo Collegio Theresiano. Obsecro te, confer et tuam operam ad hanc inuestigationem. Multum enim interest hostem nosce, antequam congregiare. Batsányius, homo intolerabilis arrogantiae, quomodo hic influat vtcunque conicio. Sed certa volo. Denisii pios, et sacros cineres, tam impie foedatos, puto equidem esse etiam vindicandos. Vides Austriam ingratham: sic proterit decus suum! Quid et hic Batsányio doleat, satis video. Jactat se Bardum Hungariae maiorem futurum Denisio. Modo pareret tandem aliquid praegnans iste mons.

Sed iam defatigor. Vale, mi Suauissime Michael! et me tui amatissimum, quod vltro facis, et porro ama. Saluto Theresiam. Cetera sunt mihi, et tibi, infida, ingrata, indigna bona memoria. Pestini 14 Aug. 1803.

Dirigas hominem certum, a vobis huc ad nos pro nundinis ven-

turum: cui tuto committere possim complura exemplaria, tibi, Amico *Maccenati meo*, destinata. Vtinam et ista cum fructu aliquo distribuere possis! Cur enim *donemus* bene habentibus nos tenuiores? Tu quidem loco apto munificentiam excitabis. Gratificamur opere nouo, sed non gratuito: nam auctor eget nouo subsidio ad contriuandam editionem. Typographus nil facit gratuito. Nosti cetera.

77.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

Ad album agnum bis adiui, sed cum Sammero neutra vice potui conuenire. Strebignus, affinis eius, accepit a me duos fasciculos, quos ipsi fideliter traderet: ne ego saepius cursitando denuo fatigarer, fracta utique valetudine. Literas nullas adieci, quod me ipsum breui subsequeturum separauerim; vt praesens te praesentem venerarer, amplecterer, disuauiarer, immortalis meriti Mecaenatem, et Amicum meum, in amoenissimo Tusculano tuo; deinde etiam Patonam excurrerem, ad salutandum Patronum, illic, vt audiui, per dies aliquot commoraturum. Sed me superueniens pluuia frigidior, et venti asperiores, ab hoc itinere prohibuerunt, valetudine ad omnem aeris mutationem mirum in modum fragili. Quare mihi tecum iterum per literas agendum est: quas, vt poscis, vtinam possem prolixiores scribere! Multa ex me quacris; quae ego loquendo facilius, quam scribendo, expediuro. Nam mihi omnis scriptio molestissima est propter fistulam. Nec sedendo, nec stando possum diu sustinere hunc laborem. Alternare soleo duplicem hunc situm corporis ad leuandum dolorem ex vtroque cito subsequentem. Vtroque defatigatum me postea lectus excipit, vt iacendo respirem. Vides, quanto fatigio veniant mihi literae, praesertim loquaciores. Vix est rustico molestior ligni sectio, quam mihi scriptio.

Fasciculus tibi inscriptus continet exemplaria viginti. Si putas octo esse superflua, cum tantum duodecim petieris, potes illa *Takátsio* nostro tradere, cum lucello aliquo distrahenda. Benigne enim cogitas: vt ex redditibus reliqua possim edere. Neque alia mihi affulget spes. Praesules, pinguiore beneficio praeditos, neque antea tangebatur cura literarum; nunc vero multo minus eas protegent: *quod imminente sibi prouentuum circumscriptione* insatiabilem auaritiam suam ad incitas redactum iri metuant. Tu modico beneficio tuo quia recte vteris, quanto es illis eminentior! Vtinam exemplo tuo mouerentur saltem vicini Fratres ad Sanctum Michaellem! Nunc me cura fatigat praecipua *edendae* quantocytus *Grammaticae meae*. Fusum opus est propter argumenti grauitatem, multis disceptationibus intricatam. Diuisi in Tomulos quattuor, vt pluribus inscribere possem: qui mihi succurrere vellent mediocri tantum subsidio; quale nec illis esset adeo graue, singillatim datum; et mihi collectim egregie prodesset. Ipsi quidem, non de me, sed de Lingua Patria immortaliter mererentur.

Takátsium nostrum rogo: vt meo nomine offerat exemplaria singula quattuor Canonicis, Zsolnaio, Hertelendio, Nedetzkió, et Kapuvárió,

ad contestandum gratum animum meum de beneficio; quò angustis rebus meis anno superiore benigne subuenire dignati sunt. Per occasionem adiua et tu hunc Oratorem meum dulci suada tua.

Tandem superatae sunt, et oppressae, turpes factiones Zirtzenses! Quam iucunde hoc legi! Gratulor Antonio nostro de Prioratu. Deus illi vires det ad nobiles illas destinationes, quas animo mature voluebat, ad Patriae commodum, suique Instituti gloriam!

De nouo Canonico curiosius exspecto, quae sit futura Deorum Viennensium decisio. Tu mihi places, qui nostri contemnere iniquum rerum cursum, coecum, praeclara merita praetereuntem. Jam et ego solidior sum exemplo tuo. Nihil exspecto ab ingratis hominibus. Illa certe, quorum mihi spes affulgere vita est, cum ad Vniuersitatem veni, iam penitus euauerunt. Fidus sum Patriae, ab omnibus neglectae, eo saltem obsequio, quod ego praestare possum. Huius facti conscientia laetus occurro morti, mihi certe mitiori; quae me ne mortali quidem parte totum exstinctura est. *Viuemus, Amice! etiam post fata: dum alios, nobis in vita praelatos, obliuiosa premet nox.*

Takátsium bene mihi memoras, quem et ego, *de morte cogitans*, iam saepe mente voluebam, posthuminum operum meorum tutorem, omnium, quos noui, fidissimum. Is mihi reddet operam, quam ego nauauī Faludio. Sed nunc ego de eo delibero, quid sit dignum vita mihi superstitē de fragmentis meis, praesertim poëticis. Nam ista vix edam ipse. Relinquam et alia. Inhiat his et Szétsényius, pro Bibliotheca Hungarica; cumprimis sollicitus est *de Capella Bakátsiana*. Sed hoc opus meum nondum perfectum est; quae de eo habeo, sunt eadem fragmina tantum non elaborata, quae tu vidisti. Ad complementum laboris necessum esset me Strigonium excurrere pro vna minimum hebdomada. Risi, quod tu hunc Comitem tanti nominis Mecaenatem putaris meum. Mea carmina non erant ita efficacia, a paruo vtpote Poëta profecta. Accepi omnem remunerationem, etiam editionis expensas, prandium vnum. Vel Fengerum vtilius laudaui. Nil mirum; homines habet ad latas non mihi amicos. Vale, et me ama tui amantissimum. Thesium meo nomine saluta. Pest. 7. Sept. 1803.

78.

Nicolaus Michaeli Suo S.

Constringor temporum angustiis. Raptim aliquid huc coniectum boni consule: plura breui leges. Takátsii nostri hortatu adiui Zsolnaium. Benigne sum exceptus, etiam in prandio detentus. Toti Capitulo porrigam Supplicem Libellum. Fortasse beabimur: parte quidem aliqua subleuabimur vel a Zsolnaio. Szathmariensis Provincia eum Episcopum cupit. Me legatum esse contigit, vt ad petendum induceretur. Sed ille nimium remuit. Ait enim, eum etiam, qui virtute praeditus sit, ad Episcopatum cogi oportere: destitutum autem virtute, vel si cogatur, fugere debere. Hoc quidem sancte. Et ille, vt praeuideo, cogetur, Transmitto 6 philyros ad complendum defectum. Adiecta media philyra vna deest Takátsio; hanc illi trades cum multa salute, et osculo amicissimo. Vale quam optime. Pest 21. Sept. 1803.

79.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

Onomasticum diem tuum solennem habui: primum fuis ad aram precibus, deinde repetitis ad prandiolum votis, pro iugi incolumitate tua Pariter fui et Theresiae tuae memor onomastico eius die. Nil mihi iucundius accidere potuisset, quam in Tusculano tuo te inuisere, tecum innocenter confabulari, et respirare ab urbanis molestiis. Sed hanc mihi beatitatem eripuit temporum iniquitas, obiectis nouis semper impedimentis. Recte de me retulit Zsolnaius: me non valere extreme male. Immortale est meritum Medici Szombati in leuando fistulae malo. Depulsum est periculum, quod reliqui iam imminere clamitabant, et certo certius attulissent, si sectionem chirurgicam, quam adeo vrgebant, admissam parte tam delicata. Meus hic Aesculapius, Apollinis Filius, qui a Patre hereditate acceptam tenet medendi artem, atque vna et pulchri sensum tenerimum, medicamentis me restituit internis; qualia ceteri negabant apta esse ad tollendum hoc malum. Valeo ego iam commodo, etiam colore vigeo recentiore, ac vultu pleniore: sed ut sic maneam, moderatione mihi opus est; et cura continua, fomentisque perpetuus. Sic seruor adhuc Patriae, dum affecta eius amore opuscula sensim perficiam. Diuinus hic vir Markovitsium, Juris Canonici Professore, meum olim condiscipulum, amicum, nunc vero etiam Collegam, vt fata tulerunt, depositum a Medicis vnus restituit ante annos ferone octo. Miraculum patrauit! Spero me secundum fore eius potentiae miraculum. Medicamentum quidem, Arcano Eius Libro insertum, quo ego vtar, hanc habet notam adiectam: Es hat eine erstaunende Wirckung auch bei einer Fistel. Hanc ego virtutem egregie experior. Vtinam illius me curae concredidisset illico! Praclare meminit et tui, oblectaturque munusculo tuo, Zamagnae Naui Aerea per te edita. Eiusdem Odysseam, deinde Carmen de Echo, item Cunicii Iliadem, et Antologiam, quae mihi Viennae comparauit. Viro, horum operum cupido aestimatori, muneri dedi: cum vidissem eum a me pecuniam nullam accepturum esse. De valetudine mea sic firmata, vt iam scripsi, et ipse ingenti gaudet gaudio. Si me plene restituat, maiorem ait ex eo se voluptatem accepturum, quam ex mille florenis sibi dono datis. Amo nobilem Viri aemulationem: nam inde est hic eius sermo. Superet Medicos reliquos, superet mortem, meque Patriae vindicet, quoad vsque fieri potest! Immortales agam gratias.

Placet mihi sententia tua de suplici libello non porrigendo toti Capitulo. Eadem et ipse voluebam animo, quae tu prudens obseruator recte mones; et ea est caussa tardationis meae. Sequar consilium tuum: ad singulos recurram, quos tu commendas. Sed Hornyikium cuperem munusculo praecuenire. Habet fortasse Takátsius noster exemplar, quod illi offerre possit meo nomine gratificandi studio. Vincentius Khor, Amicus domus vestrae, iam habet munus tuo nomine sibi oblatum. Budam proxime transibo, vt et Bisztritzium, tuo munere, meoque recreem. Salutabunt et Szuneritsium nostrum. Kelemen, et Schedius reddunt salutem, gratiasque agunt de tua sui memoria tam amica. Idem sunt certe facturi

et reliqui, quos conuenire nondum potui; sed conueniam proxime. Schedius audiuit partem epistolae tuae, qua scribis quospiam per eum animandos esse ad crism edendam contra inhumanas, et stultas Viennensium crises. Vtinam faciat! Sed, heus tu! nullane est tibi via perueniendi ad illos Recensentes, nominatim, qui Denisium, et me impetierunt? Schultes quidam, in Theresiano Bibliothecarius, illorum maledictorum Redactor esse dicitur. Si tacent Socii olim tui, at Cultor tuus Lampachias, Junioris Comitis Mitrowszky Praefectus, deteget certi aliquid. Interest enim nosse homunciones istos, antequam redarguantur.

Grobianus Asinus Stomphax ille conuentissimum habet nomen. Baro Schaffrat Epigrammate tuo valde oblectatur. Mire te amat, Virum sincerum, operosum, Vtilem Publico. Tui quidem semper honorificentissime solet meminisse. Nam prandemus saepe apud Scolas Pias, vbi sincerius colloquimur. Iste et nunc amicissime salutatur; venerantur Prouincialis, Rector, etc.

Expostulatio tua iustissima est. Homines mali sibi similes protegunt. Ideo tam praeclare consulitur rei communi: vt Patria prope in interitum inclinet. Perditio tua ex te Israel! Nos solatur recte factorum conscientia, et proborum virorum priuata amicitia. Tothius noster mihi nuper pulchre de te scripsit. Paintnerum nostrum suo in Tusculano salutandi fortunam habui, cum paulo ante festum S. Regis nostri Stephani Patrem Adamum Ceruus, Tihanyinum pro quiete isthinc secedentem, comitarer. Nihil mihi iucundius illo in itinere visum est prandio illo amico, quo nos excepit. Soli tres eramus. Duas quoque epistolas tuas, de subsidio illo literario agentes, nobis legit. Indignati primum sumus denegatum tibi fuisse subsidium publicum; deinde munificentiam Paintneri Maecenatianam magnopere comprobauimus. Vlinam Vir hic, et augendis scientiis natus et ornandis, opulentior nanciscatur conditionem! et quidem Veszprimii, ne a Rátóthiano suo Tusculo, quod ille tam exquisite iam concinnauit, abesse cogatur longius. Pro volumine tui operis primo iam nunc ago gratiam. Libentissime legam, cum opus ceterum, tum dedicatorem illam tuam ad Paintnerum tuum epistolam.

Puto te aliquid certioris explorare potuisse ex bonis istis viris de negotio Sancto-Martinensi. Hic horrida sparguntur. Cupio vera non esse. Sunt enim et Patrono nostro iniuriosa, Archiabbas absolutum exercet imperium, omnia per se agit, suspensis subiectorum animis ad arcana, quae voluit animo, dum ea in medium proferat demum. Vtinam abstereret a regendis nouitiis! Ea enim, quae hic agere narratur, stulta sunt

— — — — —
Baldius, Exhortator noster, apud Archiepiscopum pransus, ioco suauis animabatur ab hoc Sanctulo Viro: vt ad Benedictinos transiret, vbi salutis suae quietius vacare posset. Horrorem incussit, et altum silentium, Baldii responsum inexpectatum: Excellentissime Domine! mea posteriora pro virgibus iam sunt verula.

De opere meo plura distribui exemplaria dono, honoris causa, quam accepto pretio vendere potuerim. Lentum est hoc negotium, de re praesertim Hungarica. Spero aliquanto meliora, posteaquam conatus meus

magis innotuerit. Tacent adhuc et crites, quas cupide exspecto. Videbo, quo iudicio sit reliquis praesturus Schedius noster.

Tres sunt de iis, quibus Opere meo gratificatus sum, munusculum meum renumerati sunt. Praelatus Somogyius dedit florenos 10, totidem et Semseius, Personalis Praesentiae Regiae. Potens vero Martzibányius, Consiliarius Aulicus, quadam aemulatione concitatus, imo et dolore satis aperto incensus, *quod ipsi gloriam dedicationis tu homo Germanici nominis praeripueris*,¹ vnus voluminis pretium, quod quantocyus edi cupit sub Nomine suo, mira celeritate persoluit, florenos omnino — 500. Tu Viro, licet tibi indignanti, mea certe gratia non indignaris: imo cupis et alios, vtili, et pulchra ista indignatione communi. Vtinam quantocyus sentiam ita irritabiles, et iam reuera irritatos esse, etiam Canonicos Veszprimienses!!!

Opportune mihi venit hoc subsidium. Nam Trattnerum meum vrgere potui ad maturandam editionem et *Grammaticae quidem Tomulus Primus iam proxime claudetur, et Secundus inchoabit*. Quam doleo, me incertum adhuc de munificentia Veszprimensium, dedicationes eadem fidelia locis suis inserere non posse. Futura septimana iam submittam supplices meos libellos, vtinam bonis auibus! Vos pro me acturos omnia certus sum, et multum gaudeo, gauisurus re etiam infecta. Nam voluntas, et intentio vestra mihi amica est, et amica erit semper; illorum vero meus, vt et tu recte obseruas, pendet a calendario. Hoc vero ne peritissimus Mathematicus exactum conficit. Casu enim tangitur, non certa cognitione praeuia. Tentemus fortunam. Si male res cesserit, *rapient alii gloriam, fortasse iterum Germanici Nominis Hungarici*, sed non animi, nec nobilis studii, etiam sí de vulua nobili prognati. Haec inter nos maneant interim, vt postea salsius rideamus, vel indignemur.

Mallem premere mutum corde dolorem de Patroni suspiriis: sed tu me iterum prouocas. Paterna est Regis nostri voluntas, pia sunt Patroni studia; sed, qui mandata exequi debeat, nequissimi sunt homines, Hungarico praesertim nomini acriter infensi, inimici capitales. Difficilis est editio mea via illa, (mea) qua coepi; hoc quidem ego ita sentio, vt ipse Patronus. Sed hic tamen iam satis progressus sum, initia certe facta sunt. Illa vero altera via regia quam procul sum vel ab initio faciendo? De continuatione autem plane despero. Lakits homo est ita peruersus, vtii eius cliens, curator, Matusek. Haec est vox publica et vt Matusekio patibulum iuste est erigendum ob furtum, quod liquidum est, florenorum 26,000; ita et Lakitsio erigi optant, furis patrono, hosti Hungarorum, bonorum conatum suffocatori, literarum, per quas creuit, proculcatori.

Legistis cum voluptate Resolutionem Regiam, per Comitatus promulgatam, qua Scriptores Hungari animabantur: eorum opera per Vniuersitatis Typographiam gratuito imprimenda esse, imo etiam praemia danda. Nota est *Rajnisii* nostri celebritas. Hic, regis istis incitamentis erectus, submisit Typographiae Parnassum suum Hungaricum curis secun-

¹ V. ö. A 64. I. levélhez csatolt adatokat az »Antiquitates« ajánlására vonatkozólag. Ez a részlet is megerősíti a Paintnernek való ajánlást.

dis auctum, emendatum; praeterea Protei Mutationes; opus ita iucundum, ita vtile, prius illud iam notum. Sed quo successu? Excusabat se Typographia; prela sua modo omnia occupata esse, vt opera tali conditione imprimenda recipere non possit. Sed auaritia, vel rapacitas, prela mox vacua indicauit: si Rajnisius, certe ad istam Typographiam non recurrisset. Vides fucum, vides regii mandati, et paterni incitamenti executionem.¹ Ita prorsus et meum actum est, cum huc sum directus: prela occupata praetendebantur; sed vacua erant illico, si meis sumtibus curaturus esse editionem. Ergo quo mihi bono promittitur subsidium publicum? Decretum est et hoc, sed quam iniqua conditione! Hanc ipsam conditionem, non ego tantum renuo, sed ipsa etiam Typographia; ego meis, illa suis auaris rationibus. Repraesentatio missa est Viennam, ego adhuc taceo. Typographia idem metuit, de quo Patronus mea causa suspirat. Huiusmodi Opera non emuntur tanta copia: Typographia exile habet lucrum, et valde tardum: vnde Auctori dabit praemia? Si perstat Aula, vt editio curetur: tardabit Typographia, nectet impedimenta, et editionem iam inceptam interrumpet. Lite mihi agendum erit, vt vel continuet, vel proprietatem mihi meam reddat. Litigabimus annis nouem, vt quidam Strullius, Franciscanus Dalmata Ragusanus, qui nuper finiuit litem. Ego annos nouem mihi promittere non possum. Et si tamdiu viuam, cur hoc tempus litigatione male perdam, haerente interea re communi? Vrit me vehementer, quod ista Patronus, sibi iam clare exposita, non tamen cordi sumat; me litibus, quas adeo horreo, vltro inuoluere pergat. Habes iam, quod reponas ad illa Status Consilii verba, sub rosa tecum communicata. Haec ille non credit, bonus vtique Vir, vti et ipse Rex Pater Optimus. Sed quanta non credunt isti, quae postea vident pessime successisse in rebus multo grauioribus, verum quando iam omne remedium serum est! Scis iam, quid fugiam, et me tu saltem excusatum habes. Patronus forte mihi subirascitur. Nihil adhuc rescripsit, licet et ego opusculo meo illi iam gratificatus sim. Sed, ne mihi iniquior sim, eius morbum malo caussari, et graues modo occupationes. Interpellabo iterum solito obsequio meo.

Hic nos perimus insatiabili, Quaestorum, et Terrestrium Dominorum auaritia. Rerum omnium pretia enormiter crescunt: nullus vindex succurrit patienti humano generi humiliori. Quacunq; aduehuntur ad Danubii ripam, et forum nostrum, pretio vtrumque modo-rato, praeripiunt isti, et pretia inhumanissime attollunt illico. Generalis *Leben*, et alii potentiores, sugunt pauperum sanguinem. Pro hyeme comparauit lingorum orgyas 6, quae me constant florenos 104. Gratulor mihi, quod maturius fuerim de his sollicitus. Modo negantur ligna, praesertim a Principe Grassalkovits: exspectatur extrema necessitas, vt orgya vendatur florenis 18, 20, etc. Sic sunt et alia victui necessaria. Sed desino. Tu me et porro ama, et vale. Pest. 28 Oct. 1803.

¹ Lám, mennyi tanulságos adatot rejtenek e levelek az akkori irodalmi viszonyokra vonatkozólag.

80.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem Plurimam.

Jam iacta sunt retia in nomine Domini. Idem concedat et piscatum bonum! Agite et vos collatis viribus, quae agi possunt. Vtinam Viri boni non deterreantur summae magnitudine! Singuli tamen, si velint, partitione facta, 400 florenos facile consecrauerint, Patriae amore, Immortalitati suae: vt ego, impetratis 1600 florenis, negotium meum cum Trattnero tanto iucundius superem. Sed si aliquanto minus etiam contulerint, et hoc pro ingenti beneficio habiturus sum. Leuabunt enim oneris partem maximam, vt illa minima, mihi relinquenda, facilius tolli possit vel mediocri exemplarium distractione. Nam frequentiore, et praesertim celerem, me sperare non sinit ingratum argumentum, quod tracto, quo pauci tantum rapiuntur. Hoc si et ego negligam, ob hanc difficultatem, quid futurum speres a reliquis Linguae Patriae Professoribus? Debeo praeire, feruoris, et improbi laboris exemplo. Eram antea sub medio; nunc palam expositus lucere iubeor illustris officii ratione. Iniquus quidem Aquilo, vnde fauor spirare deberet, impetum efflat in flammulam meam immoderatam, vt ea penitus exstinguatur. Sed tu, Ciuis, et Amicus Optimus, iam praeclare obstitisti. Vtinam sic illi obstent et isti, quos modo conciliare studemus, Patroni! vti Ecclesiae, sic et Patriae, hac sua liberalitate, decora futura immortalia. Si res ex voto nostro cesserit, suppeditabis mihi encomii materiam, ad Dedicaciones quantocyus ex merito concinandas. Tu enim propior penitius nosti insignium Virorum praeclara facta. Decet haec posteritati transmittere.

Schönvisnerus dictam sibi tuo nomine salutem reddit cumulatissime. Ait scripta quaedam, quae tu poscebas, iam se habere in duplici exemplari. Quapropter vult te admonitum esse; vt occasionem securam, quae inde ad nos veniat, ad se dirigas; cui ea scripta, tibi certo tradenda, tuto committere possit.

Fui nuper loquacior, vt tibi tandem satisfaciam. Sed nondum omnia elocutus sum. Sentio te in errore versari de mea testandi facultate. Audieris eam mihi negatam fuisse. Ita infenso erat in me animo ille, cuius nomen genuinum nuper didici, Grobianus Asinus Stomphax: vt me et hac parte vexatum esse voluerit; quod pro numismatica ausus fuerim et recurrere, et concurrere. Clientis sui gratia turbare intendit hoc negotium, per nefas, cum iure non potuerit. Sed vel sic lusus est. Inter duos litigantes tertius gauisus est, *Nodosus* Franciscanus, potentiore Verhovatzii interpellatione. Verum et iste iam decessit de statione, non tamen adhuc de vita. Viuit hic Pestini, in veteri suo hospitio, cum integra pensione, maniae immersus laboribus antiquis. Cum nemine loquitur, etiamsi interpellatur. Vnum audit Schönvisnerum; qui modo eius Commentarios in Peutingerianas Tabulas, vel in mania, docte tamen, et prolixissime scriptos, reuidet Jussu Academici Magistratus. Dicitur opus futurum esse ad laudem nostrae Vniuersitatis. Quid ad haec Annales Austriaci? Negant illi vel a sanis Hungaris boni quidquam prodire posse. Nunc insani hominis opere insigni obruentur. Sed ipsi ad furorem

vsque insaniunt. Longe sum a proposito digressus, iam ad me redeo. Ego, cathedra numismatica exclusus, nolui pati maculam mihi iniqua criminationes adpersam, neque poenam ea caussa impositam. Adiuvi intrepide ipsam Maiestatem. In supplicii libello docui meam dispensationem non fuisse subreptitiam. Prouocauit numeros Excelsi Consilii. Supplex libellus, vt solet, huc pro opinione submissus, hanc expressit fassionem: per errorem accidisse, vt ego cum reliquis, qui de subreptitia dispensatione accusabantur, immerito confunderer; imo dignum me esse altissimis gratiis ob insignia mea conanima. Tum ego mihi restitutus, et negatam testandi facultatem reuindicauit; et a cooperatura me exemi, eoque cursu, quo mereri coepi a prima iuuentute mea, decernenda praemia, et vitae subsidia, impetraui. Nam ille Grobianus Asinus Stomphax, impudenter me aggressus, inter reliqua et hoc iure iurando minabatur; me Piaristam ex Fundo Jesuitico nunquam participaturum. Prouideat mihi Fenglerus, Episcopus ex Piarista creatus, Petrino ex Piarista facto. Et hic ergo triumphauit. Ne metuas rebus meis: eae quidem fisci iniquo visco non inuoluentur; modo abundantius habeam, quod possim suprema voluntate disponere! Iterum excludor: sed proxime rursus confabulabimur. Vale, et me ama. Pest. 3. Novemb. 1803.

Közli: DR. RÉCSEY VIKTOR.

JÁSZAI PÁL NAPLÓJA.

— Tizenötödik és befejező közlemény. —

1839.

Mint 19 éves ifju kezdém e naplót, mint 30. éves férfi folytatom azt. Akkor még országos dolgokról keveset eszmélve, egy-két jó barát tevé édessé az életet, gondom egyedül iskolai körömre terjedt, — később a szerelem szőtt napjaimba némi érdekes változatosságot. Ázon hű barátim nagyrészt elhullottak, szerelmem vakot vetett s most hazám viszonyai, nemzetem literaturája az, mi hivatalos foglalatosságaimtól üresen maradó időmet elfoglalja. *Hat egész élet röppenni hagyék*, bár sok jeles, sok nevezetes történt ez idő alatt; el valék foglalva többféleképen, egész halmazra terjedő magánmunkáim, s hogy hivatalomnak eléggé megfeleletem, teljes tanúi, hogy időm hasztalan nem töltém. Mai ifjui naplómba tekintvén, ismét felébredt bennem a vágy, folytatnom elkezdett jegyzeteimet, mert vajmi érdekes lefolyt napjaink láncsorán áttekintenünk, s azoknak emlékeiben mint tükörben tekintenünk münmagunkat. — Az előzményeket itt bár rövid vázlatokban átfutnom érdekes ugyan, de sok időt kívánó volna, — így a napi rendet kezdem meg; — az előzmények ki fognak tűnni következőkben.

Május. 20. Hétfőn, eddig a magyar nemes testőrző seregnél most az 5. év eltelte után a Hohenzollern-Hechingen nevet viselő, Sáros-Patakon, Zemplém Vgyében fekvő, német könnyű lovasezredhez osztályozott, s oda mint legelső alhadnagy lépő Dániel öcsém jött hozzám reggel, — velem a következő napra határozott elindulása felől értekezendő, —